EUGENIUS IV. PAPA. PS. BONAVENTURA

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (um 1470/1475 nach Wasserzeichenbefund) Seite 101v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

deo institutorum matrimonio dicens qui fecit homines ab initio masculum et feminam fecit eos / et dixit propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori. Patet itaque ex premissis quod matrimonium institutum fuit propter quatuor puta ad officium procreandi sobolem tum ad solatium hominis et mulieris tum ad remedium concupiscentie tum ad figurandam dictam coniunctionem.

Quare est institutum

Hoc matrimonium quamquam sit magnum sacramentum modernis temporibus rebus ut nunc se habentibus nullus obligatur ex precepto ad contrahendum matrimonium quia vere sicut habemus preceptum de subuentione pauperum affirmatiue quod tamen non tenemur actu adimplere cum pauperes non indigent / sic nunc propter multitudinem hominum non est necessitas adimplendi seu contrahendi sicut in primordio institutionis matrimonii in quo preceptum diuinum obligauit illud sc. Crescite et multiplicamini Gen. i. quod preceptum resumitur post diluuium. Hoc et filius suus Gen. ix. In eo enim quod precepit eis ut crescerent implicite precepit eis ut matrimonium contraherent.

Sic precepto non tenemur ad matrimonium contrahendum

Mutuus consensus ut quando vir consentit per verba de presenti in mulierem et illa in virum dicendo accipio te in meam et accipio te in meum uel consentio in te tamquam in coniugem siue alia equipollencia verba statim est matrimonium et iste consensus habet concrete et esse simultanee pro eodem tempore uel interpretatiue / vere ut quando contrahentes adinuicem rendeant antequam se ad alia diuertant non ex interuallo. Interpretatiue ut cum matrimonium contrahitur inter absentes per nuncium uel epistolam / tunc receptio nuncii uel epistole dum recipiens consensum scribentis uel mittentis approbat acceptat uel ratificat hoc notificando consentit nisi prius mittentis consensus fuit reuocatus. Hinc consensu vero quecumque

Duae sunt verba consensus